ſed trāſcendam? et trāſiliam? leta-
lem glorie tpalis obuiū: ut quō
ſcriptū eſt. fruſtra iacit rethe an
oculos p̄nator. **C**onculcem? q̄
leonē p̄ter et dracōnē: ut neq; il-
lius rugitus treat: nec iſtius fla-
tus inficiat. **V**ident hec quatuor
monſtra. affectionibz eque q̄tuor.
ſingula ſingulis īcubare. **C**ui er-
go potiffimū draco inſidiat? **E**ſti-
mo q̄ cupiditati: qd hanc nouit
eſſe radicē omn̄ malozū. et q̄ max-
ime cor ſbuerat. **I**nde enī quaſi

cōſulens dicit. hec omnia tibi dabo.
Nā de leone quidē manifeſtū eſt.
qd nō niſi ad timoris ianua trāſi-
tos det rugitus. **P**orro triftitiae fo-
res aſpis obſeruat: qd eas marie
morſibz ſuis p̄uas arbitret. **V**nde
et ad dñm xp̄m donec iā eſuriente
ēneret nō acceſſit. **E**t onī ſane caue
at n̄te eſt leticia baſiliſcū: qd eo po-
tiſſimū aditu venenatos ingerere ſo-
leat radios oculoꝝ: nec vana glia
niſi ob leticie noceat vanitatem.
Illud quoq; cōſidera an forte v̄tutes
q̄tuor. q̄tuor his p̄iculis opponē va-
leam? **L**eo rugiet: quis nō timebit?
Si q̄s ille fuerit: fortis erit. **S**i fru-
trato leone. draco abſcondit in are-
na: ut virulentis flatibz at̄t̄uhat
aīam. inſufflans qdā mō d̄cupiſcā
tiā terrenozū. **E**s putas illi p̄et-
uitabit inſidias? **N**emo v̄tq; niſi
prudens. **A**t forte dū ad iſta deſcen-
de caues. v̄get q̄s moleſtia: et ecce
p̄tinus aſpis adeſt: nā oportunū
tēpus ſibi iueniſſe videt. **E**s non
exaſpabit ab aſpide iſta? **N**empe
vir tēperans et modeſtus: qui ſtat
habūdare et penuriā pati. **P**uto et
har occasione faſcinare te volet ma-
le blandiens oculus neq; **E**s auer-
tet faciē ſuam? **P**fecto iuſtus. qui
nō modo nō ipſe ſibi atape gl̄am
queret que dei ſūt: ſine ab alio q̄
dem rapere velit oblatam. **S**i enī
ille ſit iuſtus qui iuſte qd iuſtum
eſt exequatur: qui iuſticiā ſuā nō
faciat corā hoībus: q̄ deniq; et ſi
iuſtus fuit. caput ſuū nō leuet.
Hec enī v̄tus ſp̄alis in hūilitate
cōſiſtit: hec īentionē purgat: h̄
q̄ meritū omē eo veratius et eſſi-

ratus obtinet. quo minus arrogat sibi.
Uenite **S**ino quibus deam?
 ad me omnes qui laboratis
 et onerati estis: et ego refi-
 ciam vos dicit dominus. Tollite iugum meum
 super vos: et invenietis requiem animabus
 vestris. Iugum enim meum suave est: et onus
 meum leve. Laborantes ad refectio-
 nem invitati: ad requiem provocati oneratos.
 Non tamen inter onus subtrahit a la-
 bore: magis autem onere alio. alio
 labore commutat: sed onere levi. su-
 avi iugo. in quibus requies ac refectio
 et si minus appareat tamen invenitur.
 Graue onus. iniquitas sedens super
 talentum plumbi. Sub hac geme-
 bat sarcina qui dicebat. Iniquitates
 mee supergressae sunt caput meum: et
 sicut onus graue gravate sunt super
 me. Ad ergo onus christi? quod onus le-
 ve. Ut quidem ego sentio onus benefi-
 ciorum dulce onus: sed ei qui sentit.
 ei qui expiatur. Alioquin si non invenias.
 si non advertas: graue omnino et piti-
 losum. Oneris ferum animal homo tempore
 sue mortalitatis. Sed adhuc por-
 tat peccata sua: onus est graue. Si iam
 forte exoneratus est a peccatis: minus
 quidem graue. sed si sanum sapiat non
 minus grande onus inveniet hanc ip-
 sam quam dixerat exonerationem.
 Onerat nos cum exonerat deus: one-
 rat beneficium cum exonerat a peccato.
 Vox onerati. Quid retribuam domino?
 pro omnibus que retribuit michi.
 Vox onerati. Exi a me: quia homo pec-
 cator sum domine. Vox onerati. Dep-
 ent quasi tumetes super me fluctus
 timui deum. Sempiternum timui.
 sicut ante sic pro accepta indulgentia
 nam peccator. Verus homo qui semp

ita est pauidus: nec minori angit
 sollicitudine. ne forte obruat benefi-
 cius qui peccatis. Ad hoc siquidem nobis
 divina tam sedula erga nos et tam p-
 fusa beneficia commendant: ut sollici-
 temur ad gratiam: iustem ad dilacionem.
 Angelis suis mandavit de te: ut cus-
 todiant te in omnibus viis tuis. Quid
 ultra potuit tibi facere et non fecit?
 Nolui quod cogites ingenua creatura.
 Habes gratiam cum angelis domini: sed ad
 ipsum ambis dominum angelorum. Oras
 et optas: et nuncius non contentus ipse
 quoque qui loquebatur assistit: nec te quasi
 pro medio sed sui oris osculo osculetur.
 Audisti super aspidem et basiliscum
 leone piter et draconem tibi ambu-
 landum fore: nec super dracone ipso
 victoria michaelis et angelorum
 eius ignoras. Verum tamen non micha-
 eli sed domino clamant desideria tua.
 Libera me et pone me iuxta te: et
 tuus vis manus pugnet contra
 me. Hoc nepe est non modo aliis sed
 ipsis quoque altioribus altius raptis
 refugium: ut ex sententia pro fitenti qui
 nunc tu es domine spes mea. merito res-
 pondeatur. Altissimum posuisti refu-
 gium tuum. Non enim dedignatur esse spes
 miserorum miserator et misericors
 dominus: non seipsum liberatorem simul et
 protectorem in se sperantibus exhibere
 recusat. Cum in me speravit inquit
 liberabo eum: protegam eum quoniam cognov-
 it nomen tuum. Nempe nisi dominus
 custodierit civitatem frustra vigi-
 lat qui custodit eam: sive ille homo si-
 ve etiam angelus esset. Montes in
 circuitu iherusalem: sed parum hoc symo-
 nichil hoc foret. si non etiam dominus in
 circuitu esset populi sui. Merito pro

in tanto sponsa describitur. iuentis
salicet vigilibus. Imo ab eis magis
iuuenta. nec enim eos ipsa querebat. non
substatisse nec contenta fuisse vigi-
libus: sed puritate breuiter de dilecto
ad ipsum acaus puolasse. Erat ei cor
eius non in vigilibus: sed in domino fiducia
am habens. Et aliter forte suadetibus
aiebat. In domino confido: quomodo dicitis
aie mee. tuis in gra in monte sicut
passer: **A**d minus vigilant id observa-
rant chorinthii: cum offensis quasi vi-
gilibus secedent apud eos. et mini-
me pertinuerunt. Ego quidem rephie. e-
go autem pauli autem: ego uero apollo.
Sed quod fecerunt vigilantes sobrii? vigi-
les circumspecti? Non enim poterant
sibi suscipere sponsam qui bene eam emu-
labantur: qui emulabantur dei emu-
latione: qui desponderat unum uirum
uirginem castam exhibere christo. **P**uisse
runt me et uulnerauerunt me ait. **U**t
quid dicitis. **N**i fallor uigebat ut
pertinueret: punde iuentura dilectam.
Denique etiam tulerunt pallium meum
ait: haut dubium quoniam et curretur ex-
pedita. **A**d uertere est quod valide panti-
at. quibus sagittis apostolis uoluerunt eos
qui diuinitate apud vigilantes uideba-
tur. **N**unquam paulus pro uobis cruci-
fixus est. aut in nomine pauli baptiza-
ti estis? **E**t item. **C**um enim dicit quis
ego sum pauli. alius autem ego sum apol-
lo: nonne homines estis? **Q**uis ergo est
apollo? quis uero paulus? **A**d ministrus
eius cui credidistis? **Q**uoniam in me spa-
uit. liberabo eum. **N**on in vigilibus.
non in homine. non in angelo. sed in me
inquit spauit: nichil boni nisi ex
me ne per ipsos exprans. **O**mne enim
datum optimum. et omne donum perfectum

de sursum est: descendens a patre luminum.
Et me vigilie hominum utiles circa opera
utique manifesta: nimirum custodes
hominum deputaui. **E**t me erubie an-
gelorum obseruantium secretiores motus
spiritualiter sollicitantium: pulsanti-
um suggestores iniquos. **C**eterum in tanta
sane custodia secretissime intentionis
non modo ex me uim etiam pro me fiat
natura est: quod illos quidem humanus ne-
queat. sed nec angelicus quod oculus
penetret. **A**gnoscamus tripliciter hanc
custodiam frater: exhibeamus nos eis qui
les cuique conuenit exhiberi. **P**unde
amur bona coram hominibus? coram an-
gelis: coram deo. **C**ontendamus place-
re omnibus pro omnibus: sed maxime ei qui
maximus est super omnia. **I**n conspectu
angelorum per fallam dei: ut in eis
quoque quod scriptum est impleat. **E**t
timent te uidebunt me et letabunt:
quod in uerbo tuo super spauit. **O**bedia-
mus propositis naturis qui puigilant
tanquam reddituri rationem pro animabus
naturis: ut non cum tristitia faciant
hoc. **E**t quidem gratias deo ex tui solo
munere uenit. **N**on est quod multum
uobis in uinea: non est quod multum uobis
timeam in hac parte. **Q**uid est enim
gaudium meum et gloria mea? nisi propter
ta obeditio et irreprehensibilis con-
uersatio uia: **Q**uod si certo cognos-
cerem nec angelos quidem amplius
aliquid in uobis cognoscere quod dede-
reat. apud neminem uirum ex anathemate
iericho quippe occultari: non
murmurare aliquem. non detrahere in
occulto. non simulatorie agere aut
remisse? non ignominiose uoluerit aie
cogitationes quibus solet heu in idem
ipsa quoque pars corporis perturbati?

Magnū michi hoc iacmentū gau-
 dy: sed nondū utiq; plenitudo. **N**on
 enī tam magni sum: ut possit nob
 adeo esse p̄ mīmo ab hoīe iudicari
 nō posse: min⁹ aut̄ nichil cōfios eē
 nobis. **C**etm̄ si occultissimū iudicē
 timent: etiā magni? q̄ntū ad illi⁹
 examinis memoriā cōuenit trepida-
 re. **S**i michi cōtinget certū esse nil
 esse in vobis om̄ibz illū offendēs oca-
 lū qui solus p̄fecte nouit qd̄ sit i ho-
 mīe: videns in eo et qd̄ in se ille nō
 videt. **H**oc vl̄ marie iudiciū vestige-
 mus fr̄es? et eo amplius fr̄quentius
 in timore t̄ tremore ip̄ius cōsiderati-
 onē: quo min⁹ comprehendē possum⁹
 inuestigabile abyssū iudiciorū dei:
 et irrefragabile dispositionē. **C**ū h̄
 timore spes habet meritū: tū hoc
 metu fructuose spatur. **E**st autē
 ispe timor firmissima qdam et effi-
 car qdam materia spei: si q̄s prudēt
 adiutat. **S**i qdam maximū qd̄da dei
 donū timor iste: et ex preceptōe p̄ntiū
 firma est exp̄atio futurorū. **P**ostre-
 mo b̄n̄placitū est d̄no sup̄tinentes
 eū? et utiq; vita in volūtate eius: et
 in b̄n̄placito eius salus et̄na. **Q**m̄ in
 me spauit lib̄abo eū. **D**ulcissima liber-
 tas: i se spantibz nō deesse. **H**oc enī
 totū meritū hoīs: si totā spem suā
 ponat in eo qui totū hoīem saluū
 fecit. **I**n te spauerūt p̄res n̄r̄. spauē-
 rūt et liberasti eos: ad te clamauerūt
 et salui facti sūt: in te spauerūt et
 nō sūt cōfusi. **Q**uis enī spauit i eo
 et cōfusus ē? **S**pate in eo oīs cōgre-
 gatio ppli. **Q**uēcūq; enī locū calta-
 uerit pes v̄r: v̄r erit. **P**es v̄r utiq; f
 spes v̄r: et q̄ntūcūq; illa presserit
 obtinebit: si t̄n̄ tota figatur in deū.

ut firma sit et nō titubet. **Q**d̄ timeat
 aspide aut basiliscū? qd̄ leonis rugi-
 tū aut draconis sibilos expauescat?
Qm̄ in me spauit liberabo eū. **P**or-
 ro liberatur quidē ne iterū ipugnet:
 ne iterū egeat liberari. **P**tegam eū
 et cōseruabo. si t̄n̄ cognouit nomē me-
 ū? nō sibi tribuat qd̄ liberatus sit:
 sed nōi meo det gl̄am. **P**tegam eū qm̄
 cognouit nomē meū. **I**n p̄ntia enī
 vltus gl̄ificatio: in notitia noīs pro-
 tectio exhibet. **S**pes in noīe: res i fa-
 cie est. **Q**d̄ enī videt q̄s quid sperat?
Fides utiq; ex auditu: et ea qdam lux
 eūdem aplin est verū s̄ba spandarū.
Ptegam eū qm̄ cognouit nomē me-
 ū. **N**on nouit nomē eius q̄ illud as-
 sumit in vanū: qui dicit ei d̄ne do:
 et nō facit q̄ dicit ipse. **N**on nouit
 nomen eius quicum nec honorat
 vt p̄rem: nec ut deū timet. **N**ō no-
 uit nouit nomē eius: qui ad vani-
 tatē et insanias falsas cōuertit.
Btūs vir tu⁹ est nomen d̄ni spes
 eius: et nō resperit in vanitates t̄
 insanias falsas. **P**aulus h̄ nomē
 cognouerat qui dicebat. **N**on enī
 ē aliud nomē datū homibz in quo
 oporteat nos saluos fieri. **N**os q̄
 si nouim⁹ s̄m̄ nomen qd̄ iuocātū
 est sup̄ nos. desiderandū utiq; nob
 vt semp̄ sanctificet in nobis: atq;
 ita orandū iuxta doctrinā utiq; sal-
 uatoris. **P**ater n̄r̄ qui es in celis:
 s̄nficetur nomē tuū. **D**eniq; audi
 qd̄ sequit̄ in psalmo. **C**lamauit
 ad me et exaudiā eū. **H**ic fructus
 notitiē noīs: clamor orōnis. **P**or-
 ro fructus clamoris: exauditio sal-
 uatoris. **Q**uomō enī aut nō iuo-
 cans exaudiri poterat? aut nomē

dn̄i nesciens iuocare: Gr̄as ei qui
manifestauit hoībus nomē patris:
firm̄ salutis in eius iuocatione cō
stitues: sicut scriptū est. Quicūq;
iuocauerit nomē dn̄i: saluus erit.
Qlamauit **Smo xvi.**
ad me et exaudiā eū. Hoc
plane ē testamētū pacis:
hoc pietatis fedus: hoc pactū m̄e
et misericordiis. Sp̄auit in me. liba
bo eū. Nomē meū cognouit: p̄tegā
eū. Inuocauit me et exaudiā eum.
Non dicit dignus fuit. iustus et rec
tus fuit. inocens manib; et mūdo
corde: p̄terea liberabo. p̄tegā et ex
audiā eū. Si aut̄ hec aut̄ filia di
cet: q̄s nō diffidet: Q̄s gl̄abit̄
tū se habere cor: Nūc aut̄ apud te
pp̄ciatio est: et p̄ter hanc legem
sustinui te dn̄e. Dulcis lex q̄ meitū
exauditiois. in clamore constituit
postulationis. Clamauit inq̄t ad
me et exaudiā eū. Merito nō exau
dit qui clamare dissimulat: aut
oīno nō postulans: aut tepide pos
tulans aut remisse. Siq̄dem ī dei
aurib; desiderū vehemēs clamor
magnus: ē regione aut̄ remissa
itentio uox submissa. Q̄n̄ illa pe
netrabit nubes: q̄n̄ audiet ī celis.
Nempe ut clamandū sibi nouit
homo. int̄ primordia sue orōis ip
sū quē oraturus est p̄rem̄ in celis
cēptinus amonet: quo uidelicet
īpetu quodā sp̄s illo sibi iaculā
dum meminit orōem. Sp̄s ē deus:
et in sp̄ū clamat̄ n̄cē est q̄sq; cla
more suū ad eū desiderat p̄uenire.
Sicut enī ad fatē hoīs non respi
cit tamq̄ homo. sed magis ituet̄
cor: sic ad cordis potius uocem q̄

corpis aures eius. Cui merito dicit̄.
deus cordis mei. Hinc est qd̄ moyses
foris tacens intus audit: dicente
dn̄o. Quid clamas ad me? Clama
uit ad me et exaudiā eū. Non īme
rito. Clamore magnū sanē magni
tudo n̄c̄itatis extorsit. Q̄denī cla
mans peccat: nisi cōsolationē. libe
rationē glorificationē. Alioq̄n̄ q̄mō
sup̄ his exaudit̄ si pro alijs clamat.
Exaudiā eū ait. In quo exaudies
dn̄e: uel in quib;? Cū ipso sū in tri
bulatione: eripiā eum et gl̄ificabo
eū. Ad magnū illud tridū qd̄ p̄ri
me sum̄ celebraturi. hūc in tridū
arbitror referendū. Siq̄dem et ip̄e
p̄ter nos tribulationē et dolorem
iuenit: q̄n̄ p̄posito sibi gaudio susti
nuit crucē. cōfusione c̄cepta. Vin
tamē que de ipso erant sicut ante
mortē predicti finē habuerūt: et
sicut in morte uicit cōsumata sūt:
et ex tūc sabbatizauit. Nec dilata
est gl̄a resurrectionis: die t̄tia sūmo
diluculo sol iusticie de tumulto or
tus ē nobis. Ita ergo fructus p̄ter
tribulationis et ueritas exceptionis.
in manifestacione gl̄ificationis appa
ruit. Nichilomin; quoq; et ī nobis
simile qd̄dam tridū posse uidebit̄
assignari. Cū ipso sū ait in tribula
tione. Q̄n̄ hoc nisi in die tribula
tione n̄re. in die crucis n̄re? dū iplet̄
qd̄ ipse ait. in mūdo qd̄em p̄ssuram
habebitis: et qd̄ ap̄lus eius omēs
qui pie uolūt uiuē in xp̄o p̄secutio
nē patient: Nā libatio plena et
p̄fecta ante diē sepulture esse non
potit: eo qd̄ maneat iugū ḡue sup̄
filios adam. a diē exitus de ventre
matris eorū. usq; in diē sepulture

in matre omni. In hac igitur die eripia
 eum inquit: quoniam iam nichil ultra quod ultra
 corpori vel anime noceat mundum habebit.
Sane glorificatio die ultimam manet
 die resurrectionis: quoniam surget in gloria quod
 in ignominia iterum seminat. Unde
 sanctorum quod nobiscum sit in tribulatione.
Et eo utique quod in ipsa tribulatione nos
 sumus. Quis enim sustinet. quod persistet.
 quod subsistet sine eo. Omne gaudium ex
 istimemus in tribulatione et varias
 incidemus frater mei. Non modo quod per
 multas tribulationes oportet nos int
 re in regnum dei: sed quoniam iuxta est dominus
 his qui tribulato sunt corde. Si am
 bulauero in medio umbrae mortis a
 it quodam: non timebo mala quoniam tu
 mecum es. Ita ergo nobiscum est omnibus
 diebus: usque ad consumationem seculi. Cum
 autem erimus nos cum ipso. Nimirum quoniam
 impietate obuia ipso in aera: et sic se
 per cum domino erimus. Cum apparebimus
 cum ipso in gloria. Nempe cum Christus
 apparuit vita nostra. Intim sane ab
 scandat nate est: ut predat tribula
 no exceptione. exceptio glorificatione.
Por liberati. Conuere anima mea in
 regem tuam: quoniam dominus benefecit tibi. Quia
 eripuit animam meam de morte: oculos
 meos a lacrimis: pedes meos a lap
 su. Erupia eum et glorificabo eum. Felix
 qui te inter consolatorem et adiutorem
 habet. adiutor in oportunitatibus in
 tribulatione. At quoniam felicitior quem iam
 eripuisti et exemisti tantis malis?
 quoniam felicitior qui iam exemptus de laque
 o venantium: qui iam raptus est ne ma
 licia mutet intellectum ipsius. a ne
 ficio decipiat animam illius. Longe
 tamen pre omnibus his felicitissimus ille cui
 quem assumpsit ad tempus: quem reple

ueris in bonis domus tue: et claustrum
 tue conformauis. Et nunc filioli cla
 memus in celum: et miserebitur nostri
 deus noster. Clamemus in celum: quoniam sub celo
 omnia labor et dolor. vanitas et afflic
 tio spiritus. Denique prauum est cor hominis et
 inscrutabile: primum sensus eius in malum.
Non est in me bonum hoc est in carne
 mea: lex peccati in ea habitat: aduersus
 spiritum concupiscit. Postremo et cor me
 um dereliquit me: et corpus mortuum
 est propter peccatum. Sufficit autem quod diei
 malitia sua: et est mundus ipse positus
 in maligno. Quia neque in omnibus scilicet
 presentibus: quoniam nequit aduersus animam scilicet
 uia desideria militare noscunt. Sunt
 et principes mundi huius tenebrarum harum
 spirituales nequicie. aeris potestates: et
 uirtutes eas callidior cunctis uiuantibus ser
 pens. Hec ergo sub sole omnia: hec omnia
 sub celo. Ad quod horum confugium facis?
In quo horum omnium spiritus solati aliquid.
 aliquid auxilium inuenire: Si quas intem
 te. auert cor tuum: et obliuioni datum te
 repies tanquam mortuum a corde. Si in
 fia te: corpus quod corrumpit aggrauat
 animam. Si aera te: caeca trena in habi
 tatio deprimit sensum multa cogitatione.
Quere ergo supra te: si cautus esto
 ventosa agmina transilire. Quia enim
 omne datum optimum. et omne donum p
 fectum non nisi sursum esse nouerunt: me
 dum iter latrunculorum obsede. Transi ergo
 transi puigiles illas nequicias: quoniam
 tam indefesse custodiunt et obseruat
 ne quod in illa possit euade ciuitate.
Si te perusserint. si uulnerauerint.
 dimitte eis pallium quod in egipto oli
 ioseph adultere deliquit: dimitte
 et sindonem. ut cum euangelico illo iu
 uene. profugias nudus ab eis. Nunc quod

nō solū palliū eius et sindonē dedeat
deus in manus impij? aut in facultate
tate et in carnē dans p̄tatem v̄m̄tū
aiām illi? ait serua. Ita ergo sursum
cor. sursum clamor. sursum intentio. sur
sum desideria. sursum cōuersatio: et oīs
expectatio tua desursum sit. Clama in
celū vt exaudiaris: et qui in celis ē
p̄mittat tibi auxiliū desū. et de
syon tueat te. Mutat intīm tibi +
auxiliū de tribulatione: recipiat te
a tribulatione: glificet in resurrex
tione. Magna sūt hec: sed tu dñe +
magne p̄misisti. Ex tua p̄missione
sp̄amus: inde audemus dicē. si corde
clamem? pio certe debes et p̄misso.

Bene *omo dea? septim?*
nobiscū agit fr̄es: satis
cōpetit huic tēpori versus
psalmi celebraturis. p̄ime dñitā
resurrectionē. Jam nūc auq; n̄m
sua p̄mittit: ut festiuus ī capite
suo factū recolant mēbra. qđ in se
ip̄is p̄stolantur aliqñ faciendū.
Cōgruus finis psalmi: ubi psalle
ti finis p̄mittit: tam bt̄is. Iocūde
cōpletur: dū in eo spondet repletio
tam iocūda. Longitudie inq; dixer
replebo eū: et ostendā illi salutare
meū. Sepe vos amoneo fr̄es. qđ iū
pauli sniām p̄missione habeat pi
etas vite eius q̄ nūc est p̄ter et fu
ture. Vnde et idem ait. Habetis n̄
qđdem fructū in s̄ificationē: finem
vō vitā eternā. Ipsa ē que hoc loco
p̄mittit plenitudo: ip̄a longitudo
dierū. Qđ enī tam longū qđ qđ et
nūc est: Qđ tam longū qđ qđ nullo
fine p̄aditur: Bonus finis vita et
na: bonus finis qui nō habz finē.
Et sane cui? finis bonus est: ip̄m

quoq; bonū est. Amplectimū itaq;
sanctificationē qm̄ bona ē: qm̄ finis
eius vita sine fine. Sāmonā scete
mur et pacē: sine qua nemo videb̄
deū. Longitudie inq; dixerū i plebo
eū: et ostendā illi salutare meum.
Dextere dei est ista p̄missio: mun
dexte est quā sibi olim s̄is porrigi
optabat: opi inq; manuū tuarū
porriges dextera. Delatationes ī dex
tera hac vsq; in finē. Nanc nūmū
et ille sibi porrigi optauit: et obti
nuit dextam: de quo psalm̄ ait. Vi
tam petyt a te et tribuisti ei: longi
tudine dierū in sc̄lm̄ et in sc̄lm̄ s̄li.
Manifestus deniq; sapiens dicit.
In sinistra eius diuitie et gl̄a: ī dex
tera eius lōgiturnitas vite. Es est
homo qui vlt vitā? diligit dies vi
dere bonos? Hec enī vita q̄ viuū
mors est: nec simpliat vita s̄ vita
mortalis. Moritur hō dicam? qm̄
morti c̄tissime app̄iquat. Qđ vō
agim? ex quo p̄mū incipim? viuē:
nisi morti p̄inquaē et icipere mo
ri? Sed et dies q̄lescūq; vite hui
paua et mali sūt: sicut s̄is p̄iat
cha testatur. Ibi v̄e viuūt: ubi viuū
da vita est et vitalis. Ibi dies boni:
ubi int̄minabilis longitudo dierū.
Grās ei qui tam nō mō fortit? s̄ et
suauit? disponit oīa. Corū nempe
paucitas dierū finit? breui: quoz
sufficit auq; malicia sua. Vbi at
dierū bonitas: c̄nitas q̄ nō decit.
Longitudie dierū replebo eū. Et
prius dixerat glificabo eū: euiden
tius hoc v̄siculo declarauit. Cui
tū nō sufficet ab eo glificari? cui?
p̄fecta sūt opa? Non enī tanta ī
mensitas nisi in īmensū glificari

quempiã p̄. **N**ãc est magna sit gli-
 ficatio. a magnifica glã que descendit.
Doce de lapsa a magnifica glã aut
 petrus. Bene magnifica glã. gli fi-
 cans tã magnifice i longitudie. in
 multitudie. in plenitudie claritatis.
Fallax grã et vana e claritas: dies
 hoim breuis. **S**apies eiusmoi nõ op-
 tabit: magis loquet et corde ei qui
 ituet cor. et diem hois nõ desideau-
 tu sus. **E**go tñ plus aliqd q̄ nõ desi-
 derãe desidero. vt ne recipiã quide.
Nõ eni au' her vox sit. ego clarita-
 tem ab hoie nõ accipio. **Q**uõ mi-
 seru qui glam que abiuice est q̄i-
 mus: et nolun' eã que a solo deo
 est. **S**ola siqdem ea quã solã negli-
 gimus longitudine habz: sola re-
 pletione. **B**reues dies hois: et dies
 eius tanq̄ flos agri sic effloreat.
Ersitatu est inqt̄ femi et cecidit
 flos: verbu aut̄ dñi manz in etnu.
Derus nimiru dies qui nõ nouit
 occasu: etna veritas. vã etnitas:
 ar p̄inde vã etnãq̄ sacietas. **A**lio
 q̄i quomõ glã illa replebit: que
 fallax et vana est. **D**eniq̄ et ina-
 nis dicit: ut nouis te ex ea magis
 exinaniri posse. nõ posse repleti.
Bonũ ergo intm magis abiectio q̄
 elatio est: bonũ magis nãtãtã qm
 voluptas: qd̄ cũ vtiq̄ res citius trã-
 seat. alia penã habeat: altera sit
 partura coronã. **V**alis t̄bulatio.
 q̄ p̄batione opat: ducit ad gloriã.
Cũ ipso sũ inqt̄ in t̄bulatõe: eri-
 piam eũ et gli ficabo eũ. **A**gam' ḡ
 tiã p̄i misericordiaz: q̄ nobisã e
 in t̄bulatione: et in omi t̄bulatõe
 ne nãa nos t̄solatur. **R**es eni vt dixi
 nãa t̄bulatio q̄ in glam vertitur:

tristitia q̄ mutat² in gaudiũ. **G**audi-
 u sane longũ qd̄ nemo tollat a nobi:
 gaudiũ multiplex. gaudiũ plenu.
Res nãa istã nãtãtã: q̄ coronã parit.
Nõ cõtempnam' fr̄es: semẽ modicu
 est: magnus exinde fructus erurgit.
Forte insipidũ. forte acerbũ est: forte
 granũ sinapis. **N**õ cõsidemus que
 vident: sed que nõ vident in eo. **Q**ue
 eni vident t̄palia sũt: que aut̄ non
 vident eterna. **P**rehibem' p̄mitias
 glẽ: gliemur in spe glie magni dei.
Nõ solũ aut̄: sed ut dicit̄ expressius
 gliem' in t̄bulatõe. **I**n ea siq̄ de spes
 glorie e. **V**ide si nõ hoc ipm̄ doce te
 voluit aplus cũ subiũxit. **Q**m̄ t̄-
 bulatio patiam opatur et cetã. **M**a-
 nifeste aduertẽ est in his verbis cũ
 p̄m̄ sisset aplus in spe. nõ aliud ali-
 qd̄ sed amplius addidisse eũ dũcẽdo.
Nõ solum aut̄: s̄ et glari i t̄ tribula-
 tionibz. **N**õ eni alia glatio cõmen-
 datur: sed addit' magis ubi spes glẽ
 magis ubi ipa spei glatio inquitur.
Siqdem in t̄bulatõe spes glẽ p̄mo
 et ipsa in t̄bulatõe glã cõtinetur:
 sicut spes fructus in semine: sic ipe
 fructus in semine e. **I**n hũc modũ etiã
 mõ regnũ dei in tra nos est: thesau-
 rus ingens in fictili vase. i agro vili.
Est inq̄ sed absconditũ est: felix q̄
 ibi iuenerit illud. **Q**is ille: **R**empe
 q̄ magis messem cogitauit q̄ seme-
 tem. **O**culus fidei iuenit hũc the-
 sauru: nõ scdm̄ facie iudicãtã. s̄ vi-
 dens que nõ apparent: sed intues
 q̄ nõ vident. **Q**uõ veracit̄ hunt the-
 sauru iuenerat. que volebat et iueni-
 ri ab alijs. qui dicebat. **M**omentaneũ
 hoc et leue t̄bulatõe nre: sup̄ modũ
 in sublimitate etnu pond' glie opat

in nobis. Non dicit remunerabit: sed
eterne pondus glorie opat in nobis.
Latet gloria fratris mei abscondita nobis est
in tribulatione: in momentaneo hoc la-
tet eternitas: in hoc leui pondus sublime
et supra modum. **I**nterim festinem igitur
emere nobis agrum istum: emere thesaurum
istum qui absconditus est in agro. **O**mnem
gaudium existimem cum in varias in-
ciderim tribulationes. **D**icam et
aito dicam et sciam: bonum magis ire
ad domum luctus quam ad domum conuiuii.
Cum ipso sum in tribulatione aut dominus?
et ego aliud interim quam tribulationem re-
quiram: **N**on michi adherere deo bonum est:
non solum autem sed et ponere in domino deo spe-
meam. quia cupiam cum inquit et glorifi-
cabo eum. **C**um ipso sum inquit in tribu-
latione. **D**eliciae mee inquit esse tum
filiis hominum. emanuel nobiscum dominus.
Aue gratia plena inquit angelus ad ma-
riam: dominus tecum. **I**n plenitudine gratiae
nobiscum est: in plenitudine gloriae exi-
mus nos cum eo. **D**escendit. ut prope-
sit his qui tribulato sunt corde: ut no-
biscum sit in tribulatione nostra. **E**rit autem
quam rapierim in nubibus obuiam christo in
aera. et sic semper cum domino erim: si tu-
civem interim habere cum nobiscum. ut
sit comes viae qui praesens redditus est
futurus: primo qui tunc praesens. modo sit
via. **B**onum domine in tribulari dummodo
ipse sis comes meum: quam regnare sine
te. epulari sine te. sine te gloriari. **B**o-
num in tribulatione magis amplecti te.
in camino habere te meum: quam esse super te ul-
terius. **Q**uid enim est in celo? et a te quod vo-
luit super terram. **A**urum probat fornax: et
viros iustos temptatio tribulationis. **I**bi
ibi cum eis es domine? ibi in nomine tuo cogi-
tatis meditari astas: sicut olium cum tribus
pueris es dignatus etiam ethnico ap-

parere. ut diceret quia species
quarta filii filii dei. **Q**uod trepidam?
quod circumstantiam? quod refugium? hunc caminum?
Sequitur ignis: sed dominus nobiscum est in
tribulatione. **S**i deus nobiscum: quis
contra nos? **N**ichilominus quoque si
ille eripit: quis est qui rapiat de ma-
nu eius? quis est qui de manu eius
possit eruere? **P**ostremo si ille glori-
ficat: quoniam alius qui gloriam faciat.
Si ille glorificat: quoniam habiliabit. **A**u-
di denique quam gloria ipse glorificet.
Longitudine inquit dierum replebo eum.
et ostendam illi salutare meum. **E**t pri-
mo quidem in eo quod dierum nomen plu-
raliter posuit: non viassitudine aliquid
sed multitudinem voluit commendare.
Alioquin si viassitudine suspicaris:
melior est dies una in atriis domini su-
per milia. **L**egimus sanctos atque perfectos
viros etiam ab his diebus nostris plenos
migrasse dierum: nec sane aliud quam
virtutum plenos. plenos intelligentiam
gratum. **N**imirum in hac plenitudine
velut de die in diem. de claritate in
claritate. non quidem a suo sed a domini
spiritu transformatur. **S**i ergo dies gratia
dicitur. si ut supra etiam memimus di-
es hominis claritas dicitur ab homine esse:
et male nitens gloria quam abiuicem
querimus? quomodo non magis verus
dies et plenus meridies vere gloriae
plenitudo? **Q**uod si dies plimos diui-
siones dicimus gratiarum? quomodo non
multiplex gloria dierum intelligit
multitudo? **P**ostremo evidentius
audi sine ulla viassitudine dies mil-
tos. **E**rit lux lune sicut lux solis
ait propheta: et lux solis septem pliat
sicut lux septem dierum. **I**stis ni sal-
lor circumstantis diebus vite sue psalmos
suos cantare in domo domini rex fidelis

optabat. **E**rit enim deuotus esse deo ad
singula tante et tam multiplicis gloria
munera. et in omnibus semper gratias agere:
quasi cunctis diebus psalmos dicere non
eius. **L**ongitudine dierum replebo eum.
Ac si manifestus dicat. **S**cio quod desi-
derat: scio quod sitiat: scio quod sapiat ei.
Non enim argentum vel aurum sapit: non
voluptas. non curiositas. non dignitas
aliqua scilicet. **O**mnia detinentur fe-
rat: omnia aspiciat et arbitrat ut ster-
cora. **E**xinanuit penitus semetip-
sum: nec se ex his patitur occupari: quibus
nouit se non posse repleti. **N**on igno-
rat ad cuius imaginem conditus sit:
cuius magnitudinis capax sit: nec sus-
tinet de modico crescere ut de maximo
minuat. **I**taque longitudine dierum re-
plebo eum: quem nisi lux uel reficit. nisi
eterna implet non potest. **S**i quidem nec lo-
guitas illa occasum: nec satietas illa
fastidium habet. **E**rit enim securitas
de eternitate: gloriatio de ueritate:
exultatio de satietate. **E**t ostendam
illi salutare meum. **N**umquam ex tunc
uide mererit quod optauit: cum sibi rex
glorie gloriosam exhibebit ecclesiam
non habentem maculam ob splendorem
dierum: sed neque rugam ob omnimodam ple-
nitudinem sui. **A**lioquin ad illum fulgo-
rem luminis. sicut non impurus. sic
nec turbatus quidem in aliquo ani-
mus uel inquietus assurgit. **I**nde
est quod nunc quoque ut supra memini-
simonia simul et pace sectari pra-
cipimus: quod sine his nemo uideat deum.
Cum ergo repleuerit in bonis deside-
rium tuum ut non aliud sit quod requiras:
serenato penitus ex ipsa plenitudine
aio. uide iam potis serenitate illa

plenitudine maiestatis. similis deo
factus: quod uideas eum sicuti est a forte
iam plenus omni gloria in semetipso:
etiam foris saluationem quam operatus est
deus. et plenam maiestate eius omnem
terram undique circumspiciet deliciosissi-
mus deliciosissimi seculi habitator.
Ad hoc referri potest quod adiecit. et osten-
dam illi salutare meum. **A**lioquin acci-
piam: si magis placet etiam hoc mo-
do: ut ipsos quos promiserat dies in
hac ostensione salutis exponat.
Longitudine inquit dierum replebo eum.
Et tamquam queres unum enim dies in ciui-
tate de qua legimus. quia non luce-
bit ibi sol per diem. non enim erit in ea:
ostendam illi inquit salutare meum: ut
quae admodum et in illa scriptura dicitur
lucerna eius sit ignis. **O**stendam
illi salutare meum. **N**on iam in fide
erudiam: non iam exercebo in spe:
sed spem adimplebo. **O**stendam illi
salutare meum. **O**stendam illi in ihm
meum: ut in eternum iam uideat in quem
credidit. quem dilexit. quem semper op-
tauit. **O**stende nobis domine miseri-
cordiam tuam: et salutare tuum da no-
bis. **O**stende nobis salutare tuum:
et sufficiat nobis. **Q**ui enim uidet il-
lum uidet et te: quia ipse in te et tu in
ipso. **H**ec est autem uita eterna: ut
cognoscamus te uerum deum: et quem
misisti ihesum christum. **I**taque tunc dimit-
tes seruum tuum domine secundum uerbum tuum
in pace: cum uiderit oculi mei salu-
tare tuum. in ihm tuum dominum meum: quod est
super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Explicit sermones beati bernardi ab-
batis. super psalmum Cui habitat.

*Incipit liber primus beati bernardi
de consideratione ad eugenium papam.*

Dabit animū dic-
tare aliqđ qđ te
papa beatissime
eugeni vlt' edifi-
cet vlt' delectet l'
cōsoletur. S; nescio
quomō vult
et nō vult exire leta quidē sed lenta
oratio: dū certatim illi cōtraria im-
pare cōtendūt maiestas atq; amor.
Nempe viget ille: inhibet illa. S;
intuenit dignatio tua. q; hoc ipm
nō pāpis sed petis: tū precepe ma-
gis te deceat. Maiestate igitur tam
dignāter cedente: qđ nō cedat pudor.
Quid enī si cathedram ascendisti?
Nec si ambules sup pennas vento-
rū: subduceris affectui. Amor dñm
nescit. agnoscat filiū et in ifiliis?
p se satis subiectus ē: obsequiū spō-
te. gratis obtemperat. libere reuēt.
Nō sic aliqui nō sic: s; aut timore
ipellūtur ad ista aut cupiditate.
Hij sūt qui in facie bñdicūt: mala
aut in cordib; eorū. Blandiūt corā:
in nātate deficiūt. At caritas nūq;
exadit. Ego ut verū fatear matris
sū liberatus officio: sed nō depreda-
tus affectu. Olim michi iuiscera-
tus es: nō tam facile erueris. Ascen-
de in celos descende in abissos. non
recedes a me: sequar te q̄atq; ieris.
Amavi paupem: amabo pauperū
et diuitū patre. Nō enī si bene te
noui q; pater pauperū frūis: ideo
nō paup spū es. Hanc in te muta-
tionē factā esse cōfido. nō de te: nec
pori statui successisse. p̄motionē.
sed accessisse. Nōnebo p̄inde te nō

ut magister: sed ut mater. plane vtra
mans. Amans magis videat: sed ei
qui nō amat. ei qui vim nō sentiat a
moris. Unde iā ergo incipia: libet ab
occupationib; tuis: q; in his maxime
cōdoleo tibi. Condoleo dixerī: si tamē
doles et tu. Alioqñ doleo magis dicit
se debuerī: q; nō est condole. ubi nemo
qui doleat. Itaq; si doles. cōdoleo. si
nō. doleo tamē: et maxime scies a sa-
lute longius absiste mēbrū qđ obstu-
puit: et egriū sese nō sentiente p̄tari-
losius laborare. Absit aut ut de te
id suspicer. Noui quib; delictis dul-
tas quietis tue. nō longe ante. hac
fruebare: nō potes desueuisse tam
cito: ita subito nō dolere nup sub-
stractas. Plaga recens dolore nō
taret: neq; enī iam occalluit vln.
nec in tam breui versū in ifensibi-
le est. Quāq; si nō dissimules: nō
deest tibi iugis materia iusti dolo-
ris a cotidianis iacturis. Inuitus
ni fallor auelleris a tue iacturis
amplexibus: et quoties id pati cō-
tigerit. totiens dolor tuus renouet.
necesse est. At quādo nō contigit.
Quotiens vis et incassū? quoties
moues et nō p̄moues? quoties
conaris et nō datur vltra? enitens
et nō parturis? tēptas et abripis.
et ubi incipis ibi deficis: et dum
adhuc ordias succidūt te. Vene-
rūt filij vsq; ad ptum ut ait. p̄lia:
et vires nō habet p̄turiens. Nōst
hoc? Nemo te melius. Attente fron-
tis es. et instar vitule effraym doc-
tus dilige tūtura: si pace tua sic
se tue res habent. Absit. Hec est
pars illius qui datus ē in repbū
sensū. Ab his sane cupio tibi pace.

nō cum his. Nichil plus metuo tibi
 pace ista. **M**uraris si vniq̄ possit
 accide: **E**tiā dico tibi: si res ut asso
 let p̄ consuetudinē in inauriā vene
 rit. **N**oli nimis exde affectui tuo
 qui nūc est. **N**il tam fixū aiō: qd̄
 neglectu et tpe nō obsolescat. **U**lne
 ūi vetusto et neglecto callus obdu
 ritur: et eo isanabile quo isensibi
 le fit. **D**eniq; dolor cōtinuus et ac
 bus: diuturnus esse nō patit. **N**ā
 si aliūde nō extundit: nācō ē cedat
 vel sibi. **E**nūvero ato aut de reme
 dio cōsolationē recipiet: aut de as
 siduitate stuporē. **Q**uid nō inuer
 tat cōsuetudo: **E**id nō assiduitate
 dūretur: **Q**uid nō vsui cedat. **Q**u
 tis qui pre amaritudine prius exhor
 rebant: vsu ip̄o male in dulce cō
 uersu est. **A**udi iustū qd̄ lamētet
 sup̄ huiusmōi. **Q**ue p̄us nolebat
 tange aīa mea: nūc pre angustia
 tibi mei sūt. **P**rimū tibi ip̄orta
 bile videbit aliqd̄: p̄ressu t̄pis si
 assuescas iudicabis nō adeo ḡue:
 paulopost et leue senties: paulo
 post nec senties: paulopost etiā
 delectabit. **I**ta paulatī in cordis
 duritiā itur: et ex illa in aūsione.
Sic grauis et cōtinuus dolor: atū
 ut duri habiturus est exitū: aut
 sanitate p̄fecto aut isensibilita
 te. **H**inc proorsus hinc tibi timui
 semp̄ et timeo: ne dilato imedio
 dolorem nō sustines: p̄iculo te ir
 reuorabilit̄ despatus imergas.
Derecor inq̄ ne in medijs occupa
 tionibus qm̄ multe sūt: dū diffi
 dis fronte dures: et ita sensim te
 ip̄m quodāmo sensu priues iusti
 utlis qd̄ doloris. **M**ulto prudētius

te tali subtrahas v̄l ad tēpub: q̄ pa
 tiare trahi ab ip̄is. et ite paulatim
 ducti quo tu nō vis. **Q**ueris quo: **A**d
 cor durū. **N**e p̄gas quere qd̄ illd̄ sit:
 si nō expauiisti tuū est hoc: solum
 est cor durū qd̄ semetip̄m nō exhorret
 q̄ nec sentit. **Q**id me introgas? **I**nt
 roga pharaonē. **N**emo duri cordis.
 salute vniq̄ adeptus ē: nisi que for
 te miserans deus abstulit ab eo iur
 ta p̄phiam lapideū cor. et dedit cor
 carneū. **Q**id ergo cor durū? **I**p̄m est
 qd̄ nec cōpunctione sandit: nec pie
 tate mollit: nec mouet p̄cibus:
 minis nō cedit: flagellis duratur.
Ingratū ad b̄nficia ē. ad consilia
 infidū. ad iudicia seui. inuētundū
 ad turpia. ip̄audū ad p̄icula. ihu
 manū ad hūana. temerariū in di
 uina: p̄ccitorū obliuiscens p̄ntiū
 negligens. futura nō p̄uidēs. **I**p̄m
 ē cui p̄ccitorū p̄ter solas iniurias
 nichil oīno nō p̄ccit: p̄ntiū nich
 il nō peit: futuroz nulla. n̄ forte
 ad v̄lascendū p̄spectio seu p̄pauio
 est. **E**t ut in breui tūcta horribilis
 mali mala cōplectar: ip̄m est qd̄
 nec deū timet: nec hoīem reuētur.
En quo trahere te habent occupa
 tiones he maledicte: si tñ p̄gis vt
 cepisti dare ita te totū illis. nil tui
 tibi reliquens. **P**erdis tēpus: et
 si licet nūc altim me tibi exhibere
 ietro. tu quoq; in his stulto labore
 cōsumeris: qui nō sit nisi afflictio
 sp̄us. euisceratio mentis. euacua
 tio gratie. **N**ā fructus horū qd̄ nisi
 aranearū tele: **Q**ueso te quale ē
 istud de mane usq; ad vespam liti
 gare: aut litigantes audire. **E**t v
 tinā sufficet diei malicia sua. **N**o

sunt libere noctes. Dixit relinquit nati-
tati nature quod corpus tui pauisatiōi
sufficiat: et rursū ad uirgna surgit.
Dies diei cruciat lites? et nox nocti
idiat malicia: usq; adeo nō est res-
pirare in bonis. nō est aliam apes-
tē regem. nō vel rana int' seia onā. **N**ō
ambigo te quoq; ista deplorare: at
frustra istud si nō emēdare studueis.
Intim tū sit semp facias hortor: nō
te vniq; ad ista durauis quolibz v-
su v' assiduitate. **P**uissi eos et non
doluērūt aut deus. **N**ichil ē et illis.
Iusti potius tibi aptare curato et
affectionē et vocē qui ait. **Q**ue est
enī fortitudo mea ut sustineā? aut
quis finis meus vt patient' agā?
Nec fortitudo lapidū fortitudo me-
a: nec caro mea enea ē. **M**agna v-
tus patie: sed nō hanc tibi ad ista
optaueri. **I**ndū ipatientē esse p-
babilis. **T**u ne approbes illoz pa-
tientia quibz paulus dicebat? li-
beter suffertis isipientes. tū sitis
ipi sapientes. **N**i fallor hyronia
erat. et nō laus. s' suggillatio q̄rū
dā mansuetudis: qui q̄si datis ma-
nibz pseudo aplis a quibz fere sub-
ducti erant. ad q̄ ipsoz pegrina
et praua dogmata trahi se patie-
tissime ferrent. **U**nde et subdit.
sustinetis inq; enī si quis in ser-
uitutē redigit. **N**on bona patia.
tū possis ēē liber. seruū te pmittē
fieri. **N**olo dissimules seruitutē:
in qm̄ tē in dies dū nescis idigeis.
Debetati cordis indicū est. ppriā nō
sentire cōtinuā vexationē. **V**exatio
dat intellectū auditū ait quidā.
Verū est sed si nimia nō fuit. **N**ā
si sit: nō plane intellā dat sed

cōtemptū. **D**eniq; ipius tū venerit
in pfundū malozū cōtemptū. **E**t
pgrise ergo: et pessime seruitutis in-
gū iam iāq; imminens. ymo iā non
modice p̄mens. nō tū caue sed hor-
re. **A**n ideo nō seruus? quia nō vni
seruus sed oibus? **N**ulla turpior ser-
uitus gūor: ve qm̄ indeozū? quā
quocūq; ierant post se trahūt: et
vbiq; dños inueniūt suos. **T**u q̄q;
dic queso ubi vniq; sis liber. ubi tu-
tus. ubi tuus? **U**biqu; strepitus v-
biq; tumultus. ubiq; iugū tue ser-
uitutis tue p̄mit. **N**ec michi tū re-
ponas nūc apli vocē qua ait. **C**ū
liber essem ab oibus: oim me ser-
uū feci. **L**onge est istud a te. **N**ū-
q; hat ille seruitute hoibz iserue-
bat in arq̄sitione turpis questus.
Nūq; ad eū de toto orbe conflue-
bant ambitiosi. auari. symoniaci.
sacrilegi. cōtribinarij. incestuosi.
et q̄cūq; istiusmoī monstra hoim.
vt ipius aplia auctoritate v' op-
tinerent honores eccliasiticos vel
retinerent. **E**rgo se seruū fecit ho-
tū viuere xp̄us erat. et mori lucrū
ut plures lucrifacēt xp̄o. nō vt
lucra augēt auaritie. **N**on ē igit
qd de sollertissima pauli idustria.
et caritate tam libera q̄ liberali-
seruili cōuersationi tue patrocini-
ū sumas. **Q**uo dignius apliatu-
q̄ salubrius tue consue. q̄ fructuo-
sius ecclēsie dei audias potius ipm̄
ditentē. **O**reatio empti estis: nolite
effici serui hoim. **E**t d' seruilius in-
dignius q̄ p̄sertim sumo pontifi-
ci? q̄ nō dico omī die s' pene omī
hora isudare talibz rebus et pro-
talibz? **D**einde qm̄ oramus? **C**ū

docemus p̄p̄os: **Q**uā edificabim' ecclē
 siā: **Q**uā meditamur in lege: **E**t q̄dē
 condie p̄strepūt in palatio leges:
 sed iustitiani nō dñi. **I**uste ne et
 istud: tu videris. **N**am c̄te lex dñi in
 maculata. cōuertens aīas: he autē
 nō tam leges q̄ lites sūt et rauilla
 tiones subūtentēs iudiciū. **T**u ergo
 pastor et ep̄us aīarū qua mente ob
 scuro sustines corā te semp silere illā.
 garrere istas: **F**alloz si nō mouet ti
 bi scrupulū p̄uersitas hec. **P**uto q̄d
 et in dū cōpellat clamare ad dñm
 cū p̄pheta. **N**arrauerūt m̄ iniq̄ fabu
 lationes sed nō ut lex tua. **E**rgo et te
 audes liberū p̄fiteri sub tam graui
 mole in cōuenientie hui'?: et tui fas
 nō sit cecūte subducere: **N**ā si potes
 et nō vis: mltomagis seruus hui'
 ip̄ius tam p̄uere volūtatis tue. **A**n
 nō seruus tui dñatur iniq̄tas: **E**t
 maxime: nisi tu forte idignus ui
 dices hōem tibi q̄ vitū dñari. **E**d
 inest: volens seruias an iuitus:
Nam et si coacta seruitus misera
 bilior: si affectata miserior ē. **E**t
 q̄d me vis face inq̄s: **U**t tibi ab
 his occupationibz parcas. **I**mpos
 sibile fortasse c̄ndebis: facilius ca
 thedre valedicē posse. **H**ecce hoc si
 r̄spere et nō magis intrumpe ista
 hortare. **A**udi ergo q̄d redarguā.
 q̄d suadeā. **S**i q̄d viuus. si q̄d sapias.
 totū das actioni: cōsideratioi nich
 il. **L**audo te: in hoc nō laudo. **P**uto
 q̄d et nemo q̄ a salomone audierit:
 qui minorat actu p̄cipiet sapias.
Certe nec ip̄i actioni expedit: cōsi
 deratione nō p̄ueniri. **S**i item to
 tus ē vis oīm instar illi' q̄ oīmibz
 omnia factus ē: laudo hūanitate.

sed si plena sit. **Q**uomō aut plena
 te excluso: **E**t tu homo es. **E**rgo ut i
 tegra sit et plena sit hūanitas: col
 ligat et te intra se sinus qui om̄s
 recipit. **A**lio q̄n q̄d tibi p̄dest iuxta
 verbū dñi si vniūfos luaxeris: te v
 nū p̄dens: **Q**uobrem cū om̄s te ha
 beant: esto etiā tu ex habentib' vn'
Quod solus fraudaris munere tui:
Usq̄quo vadens sp̄us et nō redies:
Usq̄quo nō recipis te et ip̄e inter
 alios vire tua. **S**apientibz et insi
 pientibus debitor es. et soli negas
 te tibi. **S**tultus et sapiens. seruus
 et liber. diues et paup. vir et feia.
 senex et iuuenis. clericus et laicus.
 iustus et ip̄ius om̄s p̄cipiant te.
 om̄s de fonte publico bibūt peccōe
 tuo: et tu seorsū sitiens stabis. **S**i
 maledictus qui p̄tem suā facit de
 teriore: q̄d ille qui se penitus red
 dit exptem. **S**ane diruētur aque
 tue in plateas: hōies et iumenta
 et pecora bibant ex eis: q̄n & tame
 lis pueri abrahe potū tabuas. **S**i
 int' retos bibe tu de fonte putei tui.
Alienus inq̄t nō bibat ex eo. **N**ū
 q̄d tu alienus. **C**ui nō alienus:
 si tibi es. **D**euiq̄ qui sibi neq̄:
 cui bonus: **M**emento p̄inde nō di
 co semp nō dico sepe: sed vl' in dū
 reddē te ip̄m tibi. **U**tere tu quoq̄ te
 int' multos: aut c̄te post multos.
Quod indulgentius: **H**oc enī dico
 sc̄dm indulgentiā: nō sc̄dm iudici
 um. **P**uto et ip̄o aplō idulgentio
 re me in hac p̄te. **E**rgo plus q̄m
 oporteat inquis. **N**ō infior. **Q**uod
 si ita oportet: **N**ā tu vt confido
 nostra nō eris meticulosa i forma
 tione cōtentus: s̄ habūdabis ma

gis. **S**ane sic decet te salicet habūdan-
tiorē q̄ me audatiorē esse. **E**go quoq̄
michi tuicus iudico apud maiestate
timiditate q̄ temeritate periculatari.
Et fortassis nō secus moueri oportu-
it sapientē: ut sit qd̄ scriptū est. **D**a
occasione sapienti: et sapientior erit.
Audi tñ aplm̄ qd̄ de huiusmōi sentiat.
Sic nō est sapiens int̄ nos qui iu-
dicet aut ille int̄ fr̄em et fr̄em. **E**t
infert. **A**d ignominia vobis dico. **C**o-
temptibiliores qui sūt in ecclesia.
illos cōstituit te ad iudiciū. **I**taq̄ se-
cūdum aplm̄ idigne tibi vsurpas tu
aplicis officū vile: gradū cōtempti-
bilū. **U**nde et dicebat ep̄us ep̄m in-
struens. **N**emo militans deo. implicat
se negotijs secularibz. **E**go aut̄ pro-
tibi. **N**on enī fortia loquor: s̄ possibili-
lia. **P**utasne hec tpa sustinerent si
hoibus litigantibz pro trena heredi-
tate et flagitantibz abs te iudiciū
voce dñi tui rñderes? o hoies q̄s me
cōstituit iudicē sup̄ vos? **I**n quale
mor iudiciū tu venires? **Q**id dicit
homo rusticanus et iperitus. igno-
rans p̄matū suū. ignorās sumā et
p̄cellam sedem? derogans aplice
dignitati? **E**t tñ nō mō strabūt pu-
ro qui hec dicent ubi aliqñ q̄spiam
aplorū iudex sedecit hoim̄? aut
diuisor t̄minorū: aut distributor t̄-
tariū. **S**tetisse deniq̄ lego aplos iu-
dicandos: sedisse iudicantes nō le-
go. **E**rit istud nō fuit. **I**tane inimu-
tor est dignitatis seruus si nō vlt̄ eē
maior dño suo? aut discipulus si nō
vlt̄ esse maior eo qui se misit? aut
filius si nō t̄sgredit̄ t̄minos quos
posuerūt p̄es sui? **Q**uis me consti-
tuit iudicē aut ille m̄gr̄ et dñs? et
erit iūria seruo discipuloq̄ n̄ iudi-

ret vniuersos: **A**ndi tñ nō videt̄ vo-
nus estimator rerū qui idignū pu-
tat aplis seu aplicis vnis nō iudicā-
de talibz: quibz datū est iudiciū in
maiora. **Q**id ni cōtempnāt iudicā-
de t̄renis possessūtilis hoim̄? q̄ in
celestibz et angelos iudicabūt: **E**t
go in t̄minibz nō in possessionibus
ptās v̄a. **P**roter illa siq̄dem et non
p̄pter has accepisti clauēs regni ce-
lorū: p̄uaritatores v̄tq̄ exclusi.
nō possessores. **U**t scatis aut q̄ fili-
hois ptātem habet in t̄ra dimittere
ptā. et cetā. **Q**uenā tibi maior vide-
tur et dignitas et ptās dimitte-
ndi. an p̄dia diuidenti? **S**ed nō est
comparatio. **H**abent hec ifirma et ter-
rena iudices suos: reges et p̄inci-
pes terre. **Q**uid fines alienos iudici-
tis? **Q**id faltem v̄am in alienā mes-
sem extenditis? **N**on q̄ idigni vob̄.
sed q̄ indignū vobis talibz insisic:
quippe potioribz occupatis. **D**eniq̄
ubi n̄citas exigit: audi qd̄ ap̄tus
tenseat. **S**i enī in vobis iudicabit̄
hic mūdus: indigni estis qui de m̄-
nis iudicetis? **S**ed aliud est in adenti-
exaurē in ista causa q̄dem v̄rgente:
aliud vlt̄ro incūbe istis tāq̄ mag-
nis dignisq̄ tali et talū int̄tione
tebus. **I**taq̄ hec et innumera talia
dicere: si fortia dicem. si recta si sunt
ra. **N**ūc aut̄ qm̄ dies mali s̄. suffi-
cit interī amonitū esse nō totū te
net semp̄ dare actioni: sed cōsidera-
tioni aliqd̄ tui et cordis et t̄pis se-
questrare. **H**oc autē dico n̄citate
intuens nō equitate: q̄qm̄ non sit
p̄ter equū redē n̄citate. **N**ā si licet
qd̄ decet: absolute p̄ oīa et in om̄ibz
p̄ferendā. et vel solam vel maxime
calendā eam que ad om̄ia valet.

id est pietate. pius irrefragabilis ra
 no monstrat. **Q**uod si pietas queris?
Vacare considerationi. **D**icas forsitan
 in hoc dissentire me ab illo qui pieta
 te diffinit cultu dei. **N**on est ita. **S**i
 bene consideras. illius sensu meas ex
 pressi verbis: et si tamen ex parte. **Q**uod tam
 pertinens ad cultu dei. quam quod ipsehorta
 tur in psalmo: vacate et videte quoniam
 ego sum deus. **Q**uod sanum in partibus consi
 derationis participium est. **Q**uod deum tam
 valens ad omnia. **Q**ue ipse quoque
 actionis partes benigna quadam pre
 scriptione suas facit: pagendo quodammodo
 et pordinando que agenda sunt. **N**ate
 sane. ne forte que pusa et pmedita
 ta potant esse pficuo: papitata magis
 pculo fiant. **O**stendimur si recordaris
 in ipis actionibus causari et in mag
 nis quibusque negotiis magnarum ve
 cossibus reu frequenter accidisse non
 ambigo. **E**t pmi quidem ipm fonte
 suu id est mente de qua orit purifi
 catio consideratio. **D**eum regit affatus.
 dirigit actus. corrigit excessus. cōpo
 nit mores. vitā honestat et ordinar:
 postremo diuinarū piter et hūanarū
 reu sciam cōfert. **H**ec ē que cōfusa et
 discriminat. hūanā cogit. ipsa tolli
 git. secreta rimat. vera vestigat: vera
 filia exaiat: ficta et fictata explorat.
Hec ē que agenda pordinat. acta re
 cogitat: ut nichil in mente isideat
 aut icorrectū. a correctione eges. **H**
 est que in pperis adusa p sentit. in
 aduis qsi nō sentit: quoz altm for
 titudis. altm prudentie ē. **I**bi etiā
 aduertē tibi est suauissimū quedā
 cōcentū cōplexūque vītutū. atq; alte
 rā pendē ex altera: sicut hoc loco in
 des fortitudis matrē esse prudentiā

nec fortitudinē sed temeritatē esse
 quēlibz ausū quē nō pcuriuit prude
 tia. **N**ec itē est que int voluptates
 et nccitates media qsi quedā arbi
 tra sedens vtrunq; cōtis limitibz dist
 minat fines: istis assignas et pre
 bens qd satis est. illis qd nimis est
 demens. et sic ex alētro etiā formās
 vītutē qm dicit tēperantiā. **N**empe
 itemperantē ipsa cōsideratio censet.
 tam eū qui nccis pūacat demit:
 quā qui indulget supfluis. **N**on ē
 ergo tēperantiā i solis refecandis
 supfluis: est et in admittēdis nccis.
Huius snie aplūs nō factor tm sed
 actor esse videt: qui curā carnis nre
 docet nō pfici in desiderio. **D**icens si
 qdem curā carnis nō pfici supflua
 colhibet: addens in desiderio nccia
 nō excludit. **U**nde mihi videt nō
 oio absurde diffinire tēperantiā q
 hanc nec pūdere nccitate: nec exce
 de dicat. **I**uxta illud phi. **N**e quid
 nimis. **I**a de iusticia que vna ex q
 tuor est. nōne cōstat cōsideratione
 mente pueniri: ut se formet in ea:
Se enī nate est pus cogitet. ut ex
 se normā ducat iusticie: nec factu
 ra vtiq; alti qd sibi fieri nolit. nec
 qd sibi fieri velit negatura. **I**n his
 nempe duobz liquet itegrū eē iust
 ticie statū. **S**z nec ipa solitaria est.
Intuē etenī nūr meritū etiā hui pul
 chra cōnexionē et coherentia cum
 tēperantiā et itē ambatū cū duabz
 superioribz id est prudentia et fortitudie.
Nam cū iusticie dicat portio. qd sibi
 nō vlt fieri quis alij nō face porro
 pfectio qd aut dñs. quecūq; vltis vt
 faciāt vobis hoies et vos facite illis?
 neutri horū erit nisi ipa volūtas

de qua tota ducit forma sic ordinata
fuit ut nec velit aliqd supfluum. nec
neciu qd stupidiōse nolit: qd quide
tēperantie est. Deniq; et ipi iusticie
ut iusta sit: tēperantia modū impo
nit. **N**oli nimium esse iustus aut sapi
ens: ostendens p hoc mīme approbra
dā iusticiā q tēperantie moderantiē
nō frenet. **E**o qd et ipsa sapientia
hoc tēperantie frenū nō respuit?
dicente paulo scdm sapiam sibi a deo
datā. nō plus sape q oportet sape:
sed sape ad sobrietatē. **E**t cōuerso
qd tēperantie nūcia iusticie sit: oste
dit dñs in euāgelio arguēs illorum
tēperantiā qui abstinebat ut vide
rent hōibus ieiunātes erat in abo
tēperantia. sed nō iusticia in aīa: q
nō deo place sed hōibus itendebant.
Quō cursū illa vl ista sine fortitu
dine? cū constet fortitudinis esse. et
nō mediocrib; cohibere velle et nolle
suū. int; angustias parū t nimis?
vt sit cōtenta volūtas mō illo medi
o nudo puro solo cōstante sibi egli
vndiq; sui vtpote ex omī pte piter
circūso qd solū cōstat eē v̄tutis?
Dicito michi qso si potes tuinā po
tissimū triū harū v̄tutū meditullū
ū hoc dandū tensesas: qd ita cūctis
cōtminū est ut videat p̄p̄riū sin
